



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispvtatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post
Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem**

**Dévay Biró, Mátyás
[Nürnberg], [1537]**

VD16 D 1300

Condem. Censvrae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34195

Augustinus super Ioannem: Magnum & generale ieui-
nium est abstinere ab iniquitatibus & ab illicitis uoluptati-
bus huius seculi &c. Christiano semper phase celebrandū,
semper egrediendum de Aegypto uitiorum, & in nouitate
spiritus ambulandum, de uirtute ad uirtutem eundum, affli-
gunt sua corpora ut obedient spiritui, ut sobrietatis exem-
plū sint alijs. Vescuntur autem cibis indifferenter, non em̄
habent eorum delectum, ubi fratribus infirmorum ratio
admittit, Ieūnium ergo cordis cum sit fides, semper ieūnat
qui semper fidit Deo. Non uacat Fratris ineptias adferre.

PROPOSITIO XLVI.

OMnes dies æquales sunt.

CENSURA.

VNUS dies alio sacrior est.

CONDÉM. CENSURÆ.

OMNIMUM ex æquo prædicatorum officium est uerbi mi-
nisteriū & innocentia uitæ. Ut aut rite utantur mini-
sterio selecti sunt dies a patribus, non quod illi cæteris san-
ctiores essent, sed ut tunc populus cōueniret ad audiendam
missam, id est, uerbi prædicationem. Nam hac seruitute ob-
ligamur Deo festis diebus, ut ipsius uerbum per ministri
functionem diligenter audiamus. Hæc aut propositio non
est mea sed Hieronymi super Galatas cap. 2. Et Christiano
omnis dies sacer est, & uita tota nō nisi sabbatum esse deberet,
id est, requies a peccatis. Esa. ultimo: Erit mensis ex mense,
sabbatū ex sabbato. Et Colo. 2. Nemo uos iudicet in parte
dici

Hieronymus
Ep. ad Cor. v. 14.
Colos. 2.

diei festi &c. Et sanctificare sabbatum, non est aliud, quam *Sabbatum sanctificare*
sanctis operibus transigere. In ferijs sancta opera sunt exer-
cenda: uerbum Dei audiendum, fratres charitatis officijs
demerendi, non ocio torpendum, non luxui ac gulæ indul-
gendum, ut solent Papistæ, qui totam diem magis perpotat
in festis diebus, q̄ unius uideuae segetem, ab iniuria aëris, con-
uehendo in horreum uindicarent. & eorum feriæ profecto
nihil aliud sunt, quam ceremoniæ hominum, luxus uestium
& epularum, ut cætera raseam. Porro tertium Decalogi
præceptum, quo sensu sit accipiendum, docet Augustinus
ad Ianuarium, Epistola 119. Inter omnia decem præcepta
solum hoc est figurate obseruandum, quam figuram nos in-
telligendam, nō etiam per ocium celebrandam suscepimus.
Idem de litera & spiritu, cap. 14. Quisquis illum diem sicut
litera sonat, nunc usq; obseruat, carnaliter sapit. Adhæc ipsa
charitas dictat, nedum seruos, ancillas, sed & ipsa pecora
semel in hebdomada refocillanda, sed huius rei finis poli-
ticus esse debet. Concludit ergo Hieronymus omnes dies
æquales sunt, etiamsi conclusio sit contra Monachos.

PROPOSITIO XLVII.

SVb elementis sunt qui creaturarum faciunt differentiā.

CENSURA.

NOn est hic homo a Deo qui sub elementis ponit Apo-
stolos &c.

CONDEM. CENSURÆ.

Elementa non philosophice accipiuntur, sed Paulo si-
gnificant doctrinam siue diuinam (ad tempus) siue hu-
manam

q

humanam